



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

31 Festorum dierum celebratio cadit sub tertium praeceptu[m] decalogi, &  
partim morale, partim ceremoniale iudicatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

Prout etiam est locus præventioni contra blasphemos, quorum crimen ¶ est misti fori, cap. 2. & ibi Abb. num. 9. de maled. nisi sint blasphemix hæreticales, quo casu ab Episcopo, vel Inquisitore hoc crimen cognosci debet, cap. ut inquisitionis, § prohibemus, de hæret. in 6. & Eymer. in direct. inquisit. par. 2. q. 46. vers. secundò sic arguitur.

Festorum enim ¶ dierum celebratio cadit sub tertium præceptum decalogi, & partim morale, partim verò cœremoniale iudicatur, ut per S. Thom. 1. 2. q. 100. art. 3. ad secundum, & 2. 2. q. 112. art. 4. quem omnes Theologi secuti sunt, ut refert Graff. decis. aur. par. 1. lib. 2. cap. 34. num. 1. Regulariter enim opera servilia, quibus homo homini corporaliter servit diebus festivis, cadunt sub dictum præceptum, ita quod festum violantes mortaliter peccent, ut per Navarr. in cap. 13. n. 6 sed quia de pluribus causis quis excusari potest, ut per eundem Navar. ubi supra, & per ¶ superiorem rationabilibus de causis potest dispensari, ut per Graff. d. cap. 34. num. 14. cum agatur de peccato, superior erit Episcopus loci, si commodè aditi poterit, alias sufficit dispensatio simplicis Sacerdotis. S. Raymon. in sum. lib. 1. de ser. circa si. junct. glol. in ver. Ecclēstia.

Quintò, ¶ sanctimonialium cura Episcopis præcipuè est commissa, cap. unic. §. fin. de stat. reg. in 6. super qua maxime invigilare debent, & Sancta synodus anathemati subiecit omnes, & singulas personas cujuscunque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam clericos, quàm laicos, seculares, vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, si quomodocunque

coegerint aliquam ¶ virginem, vel viduam, aut aliam quamcunque mulierem invitam, præterquam in casibus in jure expressis, ad ingrediendum Monasterium, aut habitum suscipiendum, seu professionem emittendam, quoquomodo eidem actui, vel præsentiam, vel consensum, vel auctoritatem interponendo, ut in cap. 18. de reg. & monial. sess. 25. eandemque anathematis pœnam incurrunt, qui sanctam virginum, vel aliarum mulierum voluntatem, vel accipiendi, vel voti emittendi quoque modo sine iusta causa impediunt, ut eodem cap. 18. versic. simili quoque, & c. ultim. vers. si quis, 32. quest. 2.

Puella verò, qua ¶ habitum regularem suscipere vult, major duodecim annis esse debet & non est dispensandum, ut ante duodecimum annum expletum possit in Monasterio habitum suscipere: congregatio sacri Conc. super cap. 17. de reg. & monial. in princip. & cap. puella, 20. quest. 2. nec potest aliqua ad professionem emittendam admitti prius, quàm Episcopus, vel eo absente, aut impedito, Vicari⁹, aut aliquis eo: si sumptibus ab eis deputatus, virginis voluntatē diligenter exploraverit, an coacta, vel seducta sit, an sciat, quid agat. Si vero voluntas ejus pia, ac libera cognita fuerit, habueritque condiciones requisitas juxta Monasterii illius ordinis regulam, Monasteriumque sit idoneum, liberè ei profiteri licebit, virginis enim voluntas libera esse debet, quia ubi metus, vel coactio intercedit, deficit consensus, c. cum locum, & cap. gemma, de sponsal. & coacta professio difficiles exitus frequenter habere solet. arg. text. in cap. requisivit, de sponsal. & matrim: Professionis verò

tem-